



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XXV

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

â teneris unguiculis ad ultimam usque ætatem, pietatis operibus intenta, & miraculis illustris migravit ad Dominum, in urbe arcéque sua *Marburgana*; & in *Ædicula Xenodochij* sepulta, famâ suâ Orbem implet. *Ex vitâ eius.*

## XX.

**S**EADMUNDVS Rex ANGLIÆ, B. RICHEZÆ. *Consanguineus*, cum S. ETILFRIDO *Filio*, & EADMUNDO *Nepote ex filia SOPHIA Heusda Domina*, gloriosis doloribus defūcta, pro fide Christiana Sanguinem profudit: *Sanguinis sui effusi, quàm Regij Stemmatibus purpurâ splendidior.* *Ex Vind. Rich.*

## XXII.

**I**Tem ex eodem Sanguine descendens B. ADOLPHVS I. Rex LVSITANIÆ, hac die ad Coronam æternam avolavit A. C. 1185. nonagenario maior, ætate & meritis gravis. *Ex Fastis Gelen.*

## XXV

**C**Revenradium, alijs Comitibus Novale dictum, in *Prefecturâ Solingensi nobilium Canonissarum Regularium Cœnobium*, depositionem agit CATHARINÆ Comitissæ de *Hückeswagen*, quæ abiectis pretiosis vestibus, pane & aquâ frequenter victitans  
*asperâ*



*asperâ catenâ cilicioque carnem domans, humi cubans, admirando rigore Zonâ ferreâ lumbos adstrinxit & puluilli vice trunco vsa est. Ferrea eius Zona hodie dū religiosè asservatur puerperis (etiam hæresi attōitâ) cōtinuò salutaris. Virginea hæc, venerabilis Catharinæ Familia, ut fortissima istic *fidei columna unica ferè* in medio A-catholicæ gentis persistit. Pedisequa & nominis & virtutis eius æmula, eodem cum illa tumulto quiescit, *ut in vita, jta nec in morte separatæ.*  
*Ex Necrologio istius loci.**

## XXVII.

**S** CASIMIRI B. RICHEZÆ *Filij Palatini,* qui ex *Religioso Cluniacensi ad Regnum POLONIÆ Pontificiâ auctoritate extractus est, Regnum & familiam suam morte sua nobilitata reliquit, crebrò in ore habens, eam demum veram esse sapientiam, scire Deum omnia esse, & hominem nihil.*  
*Ex Fastis Gelenianis.*

## XXIX.

**A** Pud *Ultraiectinos Episcopi B. RADBODI de Clivio Sanguine, vitâ & liberalitate erga pauperes magni, cælo scientis excludendos omnes cupulentos, nisi eius Ianitores piâ pauperes manu corrumpent.* *Ex Ann. Ultraiect.*

## XXX